

Hanc autem patris mei omni æuo mihi charissimi, laborum partem ita in unum uolumen comprehensam, uiri Amplissimi ac Honestissimi, uestræ Prudentiæ & Amplitudini merito offerendā esse duxi, Tū, quod uestris munificetij in Republica uestra patrem meum amplius uiginti annis liberaliter fouveritis, ut iuuentutem in ea de his artibus eruditret, Tum, quia has artes de Cœlo & de eius actionibus, naturæ humanæ necessarias & perutiles, atq; ideo liberaliter tam conseruandas, quam fouendas esse iudicatis. Ac rogo ut me, meaç studia, uestræ prudentiæ sint commenda. In quibus fouendis, et si patris mei uiuas admonitiones ante omnia exoptem, tamē deinceps in ijs, quibus possum exercicijs uersabor, ac me ex monumentis a patre meo relictis in his artibus percipiendis, iuuabo. Valete fœliciter. Datae in Republica uestra, 12 Calend. Martij, anni post natum Christum 1551.

Vestrae Prudentiae & Amplitudinis

Obseruantissimus

Andreas Schonerus,
Noricus.